



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu

Lamparter, Heinrich

Jngolstadii, 1662

Epistola X. Ad Franciscam De Lvna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43978

EPISTOLA X.

AD FRANCISCAM
DE LVNA.

TEMPORE PESTIS NON
TEPIDE VIVENDVM.

Mensis & amplius abijt, ex quo Salmanticam discessi, eo animo, ut ingressum à Gubernatore in illam urbem exorarem; sed factus cautior eo, quod mihi Palentiæ, alijs autem Patribus apud alios Præfectos contigit, jussu Patris Provincialis Villagarcie subsisto, dum mitius contagij malum ulteriorem mihi viam aperiat. Gratia ago cœli Domino pro ea, quam mihi indulget, laborum vacatione: si tamen fateri velim, quod sentio, non delector quiete, quæ laboris nihil admistum habet; vereor enim, ne Deus eam mihi largiendo, tepiditatem meam tacite redarguat, eo præsertim tempore, ubi alij Societatis Patres vitam suam

suam
peste
cipien
defes
mors
tur, t
vitam
enim
mori
chari
nem
tibi c
De v
niam
te fre

2.2.

suam mortis discrimini obijciunt,
peste infectorum confessiones ex-
cipiendo, eosque ad salutis iter in-
defessè communiendo. Et quia,
mors tantâ ubiq; violentia grassa-
tur, tempus neutiquam permittit,
vitam in tepore traducere; malum
enim est eo in statu vivere, in quo
mori non velles. Resume, per DEI
charitatem te obsecro, distributio-
nem quinque illarum rerum, quas
tibi coram reliqui, & mei in tuis ad
DEVM precibus crebram memo-
riam facito, quod ipsum ego pro
te frequenter præsto. Villagarcia

22. Augusti 1599. quo tempo-
re contagio Villagarciam
nondum inva-
serat.



EPISTO.